



M I E E P L

1 6 4 7



A V G V S T A E V I N
 D E L I C O R V M T Y P I S
 A N D R E E A P E R G E R I

Anno M. DC. XXV.



GUSTAVI
ADOLPHI

Svecorum, Gothorum, Vandalo-
rum Regis, &c.

Item

SEREN. REGIS GAL-
LIARVM

L I T E R Æ

ad

ILLUSTRISSIMUM ELE-
CTORUM COLLEGIUM
Ratisponense transmissæ.



Item

DESIGNATIO

Derer Fränckischen Ritterschafft/ so wider
Ihre Käyserl. May. gedienet haben/ derenwe-
gen ihre Güter confiscirt werden sollen.

ANNO M. DC. XXXI,

GUSTAVI

ADOLPHI

Imperatoris, Gothorum, Vandalorum
et Regni Sicilie

Imperatoris

SERENISSIMI REGIS GAL-

LICARVM

LITTERARVM

et

ILLUSTRISSIMUM ET

CELEBRISSIMUM COLLEGIUM

Magistrorum et Doctorum



Imperatoris

DESIGNATIO

Imperatoris et Regni Sicilie

Imperatoris et Regni Sicilie

Imperatoris et Regni Sicilie

MCMXXV





GUSTAVUS ADOLPHUS.

REVERENDISSIMI, CELSISSIMI, ET
Illustrissimi Principes, consanguinei & amici Charissi-
mi, Literas Dilectionum Vestrarum ^{29 Jul.} ad nos
datas ante paucos dies accepimus, qua- ^{19 Aug.} rum
exteriori forma inspectâ quemadmodum æquum agno-
vimus, nunc emendata esse, quæ ante & in superioribus Dilectio-
num Vestrarum literis circa Titulum nostrum Regium desideraban-
tur: Ita cum præfatas novissimas Dil. Vestrarum literas aperire-
mus mirari subit, cur præter morem consuetum & contra stylum in
literis Electoralibus, non modò ad nos aliosq; Reges, verum etiam
Principes Romano Imperio subiectos usitatum, Dil. Vestrarum no-
mina huic illarum Epistolæ nomina Regio nostro titulo præponendo,
aliquod Dignitati nostræ sublimitatiq; Regiæ crearetur præjudicium.
Libenter verò hoc quicquid est, cum prioribus in descriptores deri-
vandam censemus, quorum forsitan calamum publicæ quidam tran-
quillitatis Osiores, ita moderati sunt, quo omnis inter nos & Dilect.
Vestras ulterior communicatio & literarum impofterum commer-
cium tantò redderet difficilior. Cum faciliè intelligant nos nihil
accepturos nec admissuros esse, quod in Dignitate nostra Regiâ sit ali-
enum. Quam ob causam literas quoq; Casareas, in quarum inscri-
ptione Cesar Nos, *Unserm Fürsten* appellat, adeoq; velut sibi sub-
jectum compellat, nulla ratione acceptare sive admittere nuper potui-
mus, quandoquidem, nec glebulam terra Imperatoris beneficio tener-



mus. Sed quacumq; nostrum regit Imperium SOLI DEO ac EN-
SI (divinâ clementiâ in bellis hactenus gestis atq; exantlatis justissi-
mâ causâ nostrâ favente) serimus acceptâ. Verum hisce diutius
innotari nolumus, præsertim cum satis constet, non magis per ejus-
modi actus Regiâ nostrâ Majestati quicquam derogatum iri: quàm
Dil. Vestrarum Dignitati aliquid exinde accedere possit.

Res ipsas quod attinet, gratum nobis est quod Dil. Vestra in-
jurias & indignitates à communis quietis turbatoribus, Nobis inju-
ste atq; indignè illatas, vix se approbare, longè autem gratus idem
nobis futurum esset, si convenientia remedia hūc malis tempestivè
adhibita fuissent, neq; nunc Dil. Vestra contra nos admissa elevan-
do, quicquid hactenus ab inimicis nostris gestum, quodammodo excu-
sare, nec omnino improbare viderentur. Antea cum per Lite-
ras Nostras testati sumus, tum per servos nostros fusè exponi cura-
vimus: quæ Nos urgentissima rationes impulerunt imò adegerunt
prope ad opem Civitati Stralsundensi ferendam & quantum ad nos
pertinebat satagere, ut vicina & multiplici vinculo Nobis & Corona
nostrâ à multis retro seculis conjunctæ urbis salutis consulendo pericu-
lum nostris Statibus à mari Baltico imminens (si pedem ibi figere,
tantâ contra Nos hostilitate notatis licuisset) mature prævertamus.

Quo tamen consilio nil hostile in Imperium Romanum moliri
suumus, imò nihil in Imperii Romani præjudicium factum est, quin
potius nobis persuasum fuerit eo nomine Nos gratias ab Imperio Ro-
mano relaturos, certè commeros fuisse, quod Civitatem, quæ aliàs
vel contra ipsam Imperatoriam Authoritatem ab iniquis persecuto-
ribus oppressa fuisset, vel tum Imperii Rom. Hostibus cessisset, medi-
diam velut viam amplexi, conservaverimus; imò Imperio Romano
servavimus salvam & incolumem. Quæ singula hic repetere seu
prolixius enarrare vix necessarium sive conveniens arbitramur.
Cum facile conjicere possumus, neminem cujus animo priora nostra
satisfacere nequeunt, ea iterata, aqua lance ponderaturum. Ha-
bue-

bueritne praeterea Civitas Stralsundensis, causas satis justas ac praegnantes externum praesidium aut auxilium contra vim non minus injustam, quam extremam implorandi? Et utrum aliqua vis planior ac expeditior via patuerit ad aram vel portum salutis. Ipsi Sundenses, coram equis quibusvis terrarum arbitris ostendere ac docere parati sunt, facileq; hoc intelliget, quisquis novit, quam parum tum temporis efficacia in ipsis Casareis decretis fuerit, non modo ad civitatem innoxiam a praesenti ultimoq; discrimine liberandam, sed vel paululum refrigerandum temperandumq; flagrantissimum, inter necini odij, immaniumq; irarum fervorem, quo in hujusdem loci perniciem atq; exitium, quidam jus omne in armis ac violentia ferventes, iniquissimè exarserant. Dil. Vestrae porro nullatenus, se credere asserunt, Casarem non provocatum armis ac apparatus in Saxoniam inferiorem & postmodum Balthici maris oras diductis, nostras ditiones ac status infestare ac offendere decrevisse; quod nos quoq; libenter credidissimus, nisi tot oculis nostris funesta exempla obversantia luculenter demonstrassent, quam multi hisce temporibus nimia & intempestiva credulitatis, acerbissimas poenas dederunt. Regiaq; dignitate ac munere nostrum indignum judicassimus in rebus tanti momenti, quae proprii status incolumitatem, populorumq; Nobis a summo omnium Rectore commissorum salutem concernunt, nimis credulitati indulgere, aliquandoq; sed serò dicere non putabamus. De Casare tamen etsi haut mediocribus injurijs a quibusdam ejus ministris affecti, nil mali Nobis polliciti sumus.

Ast cum ejusmodi Pacis turbatores minimè a Nobis provocati, Nos indignis modis laceessere & provocare, nec non injurias, injurijs & indignitatibus cumulare indefinenter pergerent (prout ex gravaminibus nostris Dilect. Vestris iam dudum transmissis, manifestè liquet) nemini mirum videri debet, si Nos non inani & inopinabili aliquo, sed justissimo motu impulsus ejusmodi plusquam suspectos habere coepimus, Ideoq; jure aequissimo Defensionis

ac gentium freti, alijs quoq; medijs dignitatem nostram tueri in ani-
mum induximus, adeoq; coacti sumus saluberrimum talibus malis,
preventionis remedium arripere solliciteq; providere, ne provincias
nostras sibi adjacentes vellicare assueti, validiores & transmarinas
in regna nostra impressiones tentarent. Directum Dominium in
Feuda ab imperio dependentia, quin Casari Imperioq; Romano com-
petat, haut refragatur. Minimè tamen ius illud vinculum vi-
cinitatis, amicitia ac consanguinitatis solvere potest, vel efficere quò-
minus amicorum, vicinorum ac multo magis consanguineorum ad-
versis condolare liceat. Nobisq; Regi ac Principi integrum sit eo-
rum rationem causamq; commendatam habere, praesertim cum non
tam propria culpa, quam sinisteris inimicorum machinationibus in-
defensi ac indicta causa, nec eo juris ordine servato, quem in State
& ordine Imperij Romani convincendo & condemnando servare
moris est in tantam calamitatem sint precipitati. Persuadent in-
super sibi Dil. Vestra peculiare Casari causas fuisse, cur amici &
consanguinei Regis partes non planè judicavit deserenda, ideoq; Po-
lonis in Prussiam subsidia missa esse, quod perinde tantum non esse exi-
stimant, ut cum alia super sint rerum componendarum pacifica me-
dia, ideo bellorum motibus Imperium esset turbandum. Nos econ-
tra facile Nobis persuaderi patimur, causas impulsiva & sua via
iusta, hostibus tum nostris submitlendi non defuisse, an verò rati-
ones illae, ad causas negotij justificandas, vel actiones nostras impro-
bandas quicquam pertineant, Velimus ipsa Dil. Vestra iudicent.
Amicitia, qua Imperatoricum Seren. Poloniae Rege intercedit, nequa-
quam necessitatem nobis imponit, ejusmodi invasiones & hostilita-
tes non agrè ferendi? Nec ullo jure prohibet, quo minus nobis fas
sit dignitatem Nostram contra ejusmodi violatores dignè tueri: il-
los qui in summum statum nostrorum, nostriq; prejudicium hosti-
lia quavis injurià exercuerunt, iusto rationis jure debita vindicta
persequi & demum hosce potius alibi quærere alienisq; in oris sistere,
quam

quā domi in regni nostri visceribus, non sine perpetua solitudine
expectare, quod jus nostrum, nec inducie inter Nos & Regnum Po-
tonia stabilita, ulla ratione tollere aut minnere possunt. Quae sin-
gula etiam, si ita se habeant, ultima tamen minime à nobis primo
tantum sunt loco. Meminerunt equidem Dilect. Vestra, quoties per
amicabilem compositionem, omnis Discordia fomitem tollere conati
sumus, quod verò optimè cogitata nostra optato caruerint successu, id
nobis non venit imputandum, sed illorum iniquitati, tergiversationi
ac technis, quae omnia à nobis proposita media partim indignè reie-
cerunt, partim eluserunt frustraruntq;. Quapropter cum leniora
nihil proficerent, nulla prorsus admiratione dignum, quod ad asperi-
ora inviti descenderemus. Et quia Dilect. Vestra in prioribus lite-
ris nec verbo quidem attigerunt Remedia quae Dilect. Vestrarum
auctoritate & interpositione, justissimis querelis nostris adhibenda
hant injuria postulavimus. Quid inde colligendum fuit quam
nobis optionem, imò necessitatem relictam fuisse, alia via Nobis sta-
tibusq; Nostris prospiciendi? Interim tamen quod sepius protestati
sumus, sic repetitum volumus, nimirum, Nos ab Imperio Romano
Dilect. Vestris seu alijs Romani Imperij Ordinibus ac membris, quae
nos non offenderant nequaquam alieniores esse, nec nisi provocatos
alienos futuros.

Verum hoc armis nostris solummodo quari, ut privatam quo-
rundam in turbido piscari svelorum ambitio, ferocia ac licentia, ne
in immensum excrescant, retundantur, nec non nostra securitas &
amicorum vicinorumq; salus intuto collocentur, quo facti non Impe-
rium Romanum turbamus, nec debitum Imperatori Imperioq; obe-
dientiam detredantium partes juvare, nec status Imperij ledere, sed
multo magis turbatores publicos coercere, inclitaq; Imperij Romani
membra ab exitio servare & à turbatorum injuriis vindicare nobis
animus est. Tandem Nos hortantur Dilect. Vestra, ut arma mota
seclamus & abducamus, quod tum demum faciendum arbitramur,
ubi cer-

ubi certius aliquid eam de injuriarum Nobis iniquè illatarum satisfactio-
ne tum Nostra vicinorumq; securitate consiterit.

Et, si ante annum, & quod excurrit, alij non semel moniti ad in-
festa signa è Prussia educenda atq; abducenda, promptiores se ostendis-
sent, nec Exercitus noster in has oras nunc forsàn ductus fuisset. Ca-
terum si etiamnum conditiones pacis equæ, honestæ ac tute in medi-
um allatæ fuerint, remq; hanc ab altera parte seriò agi animadvertè-
rimus, Tantum abest ut à pacis tractatione nos alienos ostendamus,
quin justam & securam pacem unicum & præcipuum armorum no-
strorum scopum esse ingenuè profiteamur. Ideoq; orbi Christiano
Dilectionibusq; Vestris gratulamur, quod eas in spem solidæ Pacis ere-
ctas intelligamus.

Quam Dilect. Vestrarum præclaram in communem orbis
Christiani pacem præpensionem & Studium, Incliti Collegij Vestri
Virtus omnino polliceri videtur. Et quemadmodum Nos omnia
bona, omnemq; amicitiam de Dilect. Vestris Nobis promittimus. Ita
si quâ in re illis vicissim gratificari poterimus, ad id nos semper inve-
nient benevolos atq; paratos. Datum Stralsundij 13. die Septemb.
Anno 1630.

D. D. V.

Bonus Amicus &
Consanguineus

GUSTAVUS ADOLPHUS.



R E



REX GALLIARUM.

NEMINI MIRUM VIDERI DEBET (SERENISSIMI PRINCIPES) si Reges Galliarum singulari quodam amoris affectu erga Augustissimam Imperatoris Majestatem Serenitatem. Vestrarum dignitatem, totiusq; Reip. Germania salutem, ac tranquillitatem constanter percussifuerint. Nam cum antiquissima, & nobilissima illorum prosapia, & precipua totius Germaniae provincia e ducta sit; pluresq; inter illos insignibus Imperatoris decorati fuerint, inde amor, & ardens quoddam desiderium felicitatis: ac tranquillitatis Sacri Imperii Principum, tanquam è fonte vivo emanavit. quod longâ temporum, ac rerum serie, multisq; mutuis amicitiae officijs, ita excultum fuit, ut potius à naturâ, quàm à fortunâ innata, & insita illa rec proca benevolentia esse videatur.

Unde Rex Christianissimus Antecessorum suorum vestigijs inherens, illorumq; exempla sectatus, horum Comitiorum oblata sibi occasione, amicitiae suae officium tam diu debitum, solitum, & antiquum, Serenitatibus Vestris cumulatissimè reddere voluit.

Neg; immerito. Cum enim totius Reip. Christianae Reges ac Principes sint precipua illius in mbra, ac necessaria quadam necessitudine sibi invicem opitulari, & ad totius corporis conservationem munia sua impertiri teneantur, nemo sanè illorum sine labe spre i, aut neglecti sui officij huius conventus occasionem de rebus serijs, ac publicis tractaturi pratermittere potest. Quemadmodum enim speculorum licet multò aurò, multisq; gemmis pretiosis redimitum, ornamentumq; fuerit, nisi tamen simulacra, & imagines, quae illi obijciuntur, verè ut sunt, effingat, & representet, nulli prorsus usui esse potest:

B

sic et-

sic etiam Reges, & Principes, qui sunt vera morum, & virtutum specula ob oculos cæterorum hominum posita, licet ingentibus opum aceruis splendeant, multorum Ducum, ac Militum tutamine stipentur, fidelissimorum amicorum benevolentia, & auxilio recreentur, omnisq; generis honoribus ac divitiis affluant, si nihilominus cæteris Regib. ac Principibus prompta, & parata sua officia in rebus ad eos pertinentibus minimè præstent, sibi met ipsis, & cæteris inutiles evadunt.

Ne igitur Rex Christianissimus eo nomine negligentia aut sprete publicæ sollicitudinis apud nos suspectus esse videatur, imò potius, ut vobis sue mentis, cogitationis cura & opera in his, quæ ad Dignitatem vestram, totiusq; Germaniæ salutem pertinent, specimen verè Regium exhibeat, oportunitatem hujus Sacri Collegii in beneficium publicum hac in Civitate collecti, minimè prætermittendam esse duxit, quæ vobis egregiam suam benevolentiam, singularemq; dignitatis vestræ existimationem, illiusq; non solum favendam, verum etiã amplificandam promptam, & paratam propensionem prolixè significatam esse voluit.

Et cum Celsitudines Vestrae, ea spe atq; omine, hoc in loco congregatæ fuerint, ut ex illarum necessaria, maturâ & prudenti deliberatione, quàm uberrimum fructum tota percipiat Germania; etiam si nullo consilio, nec incitamento indigeant, imò potius utroq; abundant, tamen non tam incitandi quàm testificandi sui amoris causa sua Christianissima Majestas, illas non solum cohortandas, verum etiam obnixè rogandas esse duxit, ut tota mente, omnibusq; animi viribus in Reip. curam incumbant, cum nihil sit in humanis rebus præclarior aut præstantius, quàm de Republ. benè mereri, nec quicquam vobis majori fructui gloriæq; esse potuit. Ut enim Deus ex mundo tam mirificè condito, tam sapienter administrato, ac tam affatim ornato, nobis innotescit, & in sui tanquam optimi Parentis ac summi Opificis, à quo tot egregia opera facta, & producta sunt, amorem dirigat;

rigit; Sic etiam Imperatores, Reges ac Principes, qui sunt animatae Dei imagines, & quibus divina Providentia totius mundi gubernacula sacro quodam deposito commisit, ac commendavit. Si pie Deum coluerint, justè & tranquille populos sibi subditos rexerint, ac deniq; totam Remp. sapienter administrarint, non solum ad illam pi- am, justam, tranquillam ac prudentem administrationem suscipien- dam, venerandamq; universos homines adducunt, verumetiam il- lorum Amorem, Benevolentiam fidelitatem & obsequium in seipso al- liciunt, rectumq; suum regimen, ex illius diuturnitate & facilitate gratissimum esse Deo facile conjiciunt.

Incumbant igitur Celsitudines Vestrae in Germania incolumi- tatem illius imminentibus malis, curam & medelam afferant, omnia deniq; cogitent, aeditentur atq; provideant, quae ad ejus salutem & firmam tranquillitatem spectant, ne, quoad fieri potest, minima scin- tilla teterrimi belli, nec in ipsa Germania, nec in tota re Christiana relinquatur, quod si istud ex animi voto fecerint, populum univer- sum, tanta temporum vi & tempestate & tot calamitatum concursu afflictum & labefactatum, beneficio divino efficient & immortalem gloriam consequentur, Regemq; Christianissimum non solum consi- liorum suorum adiutorem, verumetiam Sacri Imperii Majest. & am- plitudinis Dignitatis ac Utilitatis Vestrae, totiusq; Germania tran- quillitatis ac libertatis perpetuum fautorem habebunt, omnibusq; in rebus amantissimum fidelissi- mumq; cognoscent.



A ij

Desi-



Designatio.

Derjenigen von Adel auß der Fränckischen Ritterschafft/ welche Anno 1622. 1623. 1624. bey der Durlachischen vnd Mansfeldischen Rebellion/ dem Mansfelder in Person gedienet/ oder doch Pferde geschickt/ deren wegen ihre Güter confiscirt werden sollen/ vnd ist Director der 4. Orth oder Hauptmanschafft gewesen/ Hans Sebastian von Kottenhan zu Reinsdorf/ hat dem Mansfelder von Anno 1622. bis in 24. von jeglichem Gute zwey Pferde geschickt/ die Hauptleute der 4. Orth seynd gewesen: Wolff Wilhelm von Rabenstein auff Weyer/ hat allezeit Pferde geschickt. Caspar von Stein/ ist Hauptman an der Rühr/ hat Pferde geschickt/ die vbrigen zweyen werden leichtlich zu erforschen seyn.

Veit Ulrich vnd Hans Wilhelm von Kottenhan / so gestorben / bona possidet frater.	Zwene Truchseß zu Trippach.
Ernst Wilhelm von Lichtenstein.	Wolff Wilhelm von Guttenberg vier Söhne.
Zwene Rabenstein von Rabeneck.	Truchseßin von Bonnersfeldt ein Sohn.
Carl von Streiberg zu Weillbrun.	Lehn Ecker zwene Gebrüdere
Hans Albrecht Stüber zu Gutteneben	Carl zu Ziegenfeldt.
Christoff Stüber.	Carl zu Bugheg.
Joachim Bangras Stüber.	Die Wechmar zu Leinheidder drey Brüder.
Hans Georg von Rebitz zu Wilsrohd.	Von Egloffstein vier Gebrüdere.
Joachim von Bich zwene Söhne.	Sichans zu Berrich zwene Söhne.
Wolff Ahas von Bich zu Wiefensfeldt.	Günter zu Ferolsberg einer gedient.
	Alter

Alter miles Equorum.

Fuchs von Gleissenaw.
Obrister Steimer.
Obrister Sebis.
Bernhard von Vibra.
Hans Görg von Lichtenstein auff
Weyersberg/dessen Bruder Ca-
simir von Schaumberg dienet
noch bey den Feinden.
Dies haben Pferde geschickt.
Adam Herman von Kottenhan zu
Furingshoff.
Hans Georg von Kottenhan zu
Kontwensdorff.
Auch die zu Merzbach.
Veit Ulrich von Lichtenstein zu
Berent.
Die Lichtensteiner auff Heilgers-
dorff.
Wilhelm von Streitberg zu Torn.
Veit Hector zu Streitberg vmd
Grüb.
Julius von Streitberg zu Greif-
enstein.
Geörg Sebastian Stüber zu Bret-
feld.
Wolff Christoff Stüber zu Gün-
kendorff.
Hans Ulrich Stüber zu Buttens-
heim.
Veit Ulrich Marschalek zu Frensch-
dorff/dessen Güter besitzt seines
Brüders Sohn.
Von Enrichs von Ratwik.

Kadenwik zu Trenstet.
Geörg Wilhelm von Künßberg vff
Türna.
Hans Heinrich von Künßberg vff
Bernstein.
Friederich von Künßberg auff
Schnabelweide/hat sehr reiche
Kinder.
Adrian von Künßberg & frater e-
jus zu Weidenburg.
Hans Erhart von Gich zu Türna/
haben seine vier Vetter ihn geer-
bet.
Hans Christoff vnd seine Brüder
Wiesensfeld/bende von Gich.
Daniel von Genth zu Auffsas.
Geörg Wolff von Guttenberg zu
Herles/dessen Freunde besitzen
die Güter.
Ein ander Guttenberg zu Guttens-
berg.
Wirschberger zu Lenkendorff.
Erhart Christoff Wallenfeller zu
Ziegendorff.
Die Grossen zu Tregkeller.
Wegen des jungen Grossen dessen
Vatter ist Hauptman zu Res-
stadt gewesen.
Jewiker zu Willersbach.
Seckendorffer zu Blstedt.
Seckendorffer zu Reckendorff oder
Hellendorff.
Wiesentauer zu Reckendorff.
Wolffsthal zu Bles.

Carl zu Untersteinich.
Garel zu Zigenfelt.
Joschwiz zu Gleishurten.
Toehinger zu Weiderstern.
Marschalek zu Rimsedt.
Georg Ahas von Schaumburg zu
Stachsдорff.
Die Schaumberger zu Espelbrun
Zweite junge Würgbürger zu Mit-
wis.
Die Fuchse zu Bimbach.
Eruchses von Sundorff
Craishemer zum Mörenstein.
Landerßheim zu AltenMünster.
Egloff Steiner zu Beilewreuth
Hans Christoff Egloff Steiners
Sohn.
Marschalek an der Köhn/sehr reich.
Cleishheim zu Walsdorff.
Lorenz von Münster zu Breitenloß.
Erhart von Münster zu Echelsdorff.
Hans Conrad von Münster zu Tre-
belsdorff.
Ernst von Münster zu Ließberg.
Die Zobel.
Bolmerßheuser.
Kosenberger.
Die von Hutten, deren einer gedie-
net.

Lachinger.
Wolffkeel.
Die von Eib.
Adelshheimb.
Goldstein.
Absberger.
Schenck von Sinaw.
Wizleben.
Hans Ludwig von Münster.
Gutenberger zu Stumhausen.
Bretta der Jungen Herrschafft zu
Dnolsbach Hoffmeister/hat sein
Gut in Francken.
Von den Suckendorff/gehört sonst
zum Closter Heilbrun.
Hutter voo Franckenberg.
Grossen von Fernbach.
Welsheimer zu Michelbach.
Adolff von Bina zum Bich.
Eib von Festenberg.
Marschalek von Wengersgerentz.
Fuchß von Schweinshaupt.
Johan Philip von Grailßheim.
Bestenberger zu Haslach.
Walbert von Belsingen.
Die von Jagstheim.
Die Tungen.
Die Heßberger.

E N D E.





TK 4441


ULB Halle 3
003 550 354



kon

nc





Derer Frä
Ihre Käuf
gen

ILLUS
CTOR

SER

A
Svecorun

GU



o wider
entwe

ELE-
UM

L

dalo-

VI

65

